





PARTITIONVM
Theologicarum
DISPUTATIO XXXVI.

De
CONIVGIO
SIVE STATV
OECONOMICO:

In inclutâ & Florentissimâ Academia Wittebergensi proposita

PRÆSIDE

M. IACOBO MARTINI
Professore publico:


Respondente

M. JOANNE COTZIBUVIO
Magdeburgensi

Ad diem 9. Novemb. Horis locq; consuetis.

Sumptibus Clementis Bergeri
Bibliopolæ Wittebergensis.

ANNO 1611.



VIRI S
Amplissimis Reverend.

D. STEPHANO OLVENSTEDT J. C.

D. M. JOANNI NEGENERO mystæ Ecclesiæ Joann: primario:

D. HENRICO von Bräfen Camerario. S.


Causam, si quam debeo promere curiosulis, ter maximi Mecæna-
tes, patroni colendi, quam ob pagellas hæcæ vestro nomini inscri-
bo perpetuæ observantiæ monumentum, vel hanc unicam in suc-
cincturiatu habeo: Cultum vestrum & limatum de literatis
iudicium, & in hos calidum illum & veræ humanitatis temperamento
conditum adfectum. Scio quod ad multorum hæc exercitationes Stoma-
chum non faciunt, & non sine dente, scilicet, morsu de iisdem censuram su-
am adponunt. Sed næ! etiam Iupiter non placet cunctis. Mercator vult pa-
cem, bellum miles. Isthic nō duos architectæ Ioves vix duobus saltē si-
mul placeas. Immo si duos architectæ Ioves, maiores erobuntur lites.
Nam miscabit ac turbabit iste quicquid ille pacat. Amecto (sed citra ia-
stantiam) id me semper agere, ut placeam vel boni palati, vel non corrupti
Stomachi hominibus. Nam his quid feceris, qui non gustant coruscanti-
aut citiant capum: illo nihil meracius, hoc nihil sapidius. Sapient cum
vulgo, ex vulgi qui fece sunt, vos longè diversum de studiis nostris sentire
dudum increbuit: Quippe que is constat carbonario fore similem, qui in
eadē taberna folloneam exerceat, eum, qui absque his exercitationibus ad
superiorem in templi locum festinat. Accipitote igitur, Patroni, & hoc ex-
ercitationis nostræ theologicæ, sub nostri sæculi promo condo illo sapientiæ
Iacobo Martini. (viro nunquā dum hic mihi calamus fluet silendo) signum.
Sponsoriam meæ erga vos observantiæ tabellam. Honorem (docebant isti)
Dī estumant non victimarum numero, sed animo sacrificantis. Vos simi-
liter non doni hostias, sed puram obferentiæ mentem adspicitot. Boni et-
iam farre ac fitilla religiosi sunt ait Seneca. Sic ego isto quicquid est meam
erga vos voluntatem, memoria vestri favoris perpetim ardentem demon-
strare animatus sum: quam nec depositurus tum si deferret eis tō tñs
ΑΗΘΗΤΕΔΙΟΥ, in ipsam oblivionis campum. Valete, Patroni & me a-
mate, qui vos aternūm.

L. I. de be-
nef. cap. 6.

V. Humil. Cliens
M. Joan. Cotzibuvius S.S.-Th. Stud.

TYPVS HVIVS DISPVTATIONIS.

Homo consideratus ut membrum Politicum, duos constituit locos in Theologia: Quorum





DISPUTATIO XXXVI.

De
Conjugio sive statu Oeco-
nomico.

CONTINUATIO.



In *Disputatione vigesima septima* diximus, hominem divinam actionem in se recipientem considerari vel *περίως* ut membrum Ecclesiae; vel *δευτέρως*, ut membrum politices: De illo respectu & consideratione haecenus, de isto quoque posteriore modo ut agamus, methodi ac ordinis ratio postulare videtur: id quod commodè fiet per duos locos: Quorum prior vulgo inscribitur de Conjugio, quod velut seminarium est omnium statuum & proximè accedit ad Ecclesiam: Posterior de Magistratu Politico.

Thesis I.

De Conjugio acturi videbimus primùm definitionem: Deinde divisionem. Illam primùm proponemus; Deinde resolvemus.

2. De

2. Definimus itaque conjugium: quod sit ordinatio Dei, qua unus mas, & una foemina legitime & indissolubiliter copulantur, ut genus humanum certa lege propagetur, & conormia facilius prospiciatur, fornicatio vitetur & Deo in hisce terris Ecclesia colligatur.

Coniugii
quid sit.

3. Observetur hic partim definitum, partim definitio ipsa. Definitum est γάμος, Coniugium, seu matrimonium Hebr. 13. v. 4. Apoc. 19. v. 7. venerunt nuptiae agni: γάμος nubere, seu contrahere matrimonium 1. Cor. 7. v. 9. 1. Tim. 4. v. 3. c. 5. v. 14. per periphrafin appellatur Cubile immaculatum, Hebr. 13. v. 4.

Defini i &
voci expli-
catio.

4. Dicitur autem Coniugium à iugo communi, quo vir & mulier in unam carnem, & tanquam in unum hominem junguntur. Deinde vocatur matrimonium à matre atque ita à fine, cum in hunc finem foemina viro nubet, ut liberorum mater fiat. Tandem connubii & nuptiarum nomen illi tribuitur, quae voces à nubendo, h. e. regendo, derivantur. Quando enim virgines ad viros antiquitus ducebantur, velamine tegebantur: idque potissimum ob causam duplicem: 1. ut pudorem & verecundiam: 2. Subjectionem & obedientiam testarentur, 1. Cor. 11. v. 5. 10. Hinc Rebecca Gen. 24. v. 46. videns Isaacum maritum suum descendit de Camelo, & accipiens pallium sese operit.

Coniugi-
um unde
dicatur.
Matrimo-
nium us-
de.
Connubiū,
nuptia un-
de.

5. Definitio causalis est: Ergo in causas suas resolvenda: quae efficiens & finis: vel materia & forma.

Definitio-
nis auct-
loris.
Efficiens
& autor
coniugii.

Efficiens & autor coniugii exprimitur in definitione, quando dicitur, quod sit ordinatio Dei. Deus igitur, sive Trinitas ut mens casta, sapienti consilio instituit & certis legibus sanxit conjugium, Gen. 2. v. 19. & Matth. 19. v. 4. Idque mox post conditos homines in paradyso, quando in statu innocentiae, & integritatis, originalem justiciam adhuc possidebant, nullaque peccati labe contaminati erant.

6. Deinde post diluvium conjugium Deus confirmavit, eiq; benedixit, dicens: Crescite & multiplicamini, Gen. 9. v. 1. & ipse fi-

lius

*Coniugia
fatalia.*

lius Dei cura non nihil collapsum esset, ipsum instauravit, & suam presentiam, & miraculoso munere cohonestavit, *Iob. 2. v. 11. & seq.* Imò excitat etiam Deus mutuum amorem sponsi & sponsæ, nuptiasque conciliat, *Gen. 24. v. 14 50. 51. prov. 19. v. 14.*

7. Unde colliguntur sequentia *Πορῆς ματαια*, 1. Coniugia non esse fortuita, vel duntaxat ex arbitrio hominum pendere, sed esse fatalia, & regi singulari Dei providentia.

*Coniugiū
vitæ genus
sanctum.*

8. 2. Coniugium esse genus vitæ sanctum, congruens cum divina sapientia & iustitia, in quo sine peccato homo vivere possit, quodq; nullo modo hominem coinquinat, & ad sacra obeunda munia inhabilem reddat.

9. Dicitur quidem, *1. Cor. 7. v. 1. Bonum est homini non attingere mulierem*: non tamen illo contradicitur verbis Jehovæ *Gen. 2. Non est bonum hominem esse solum*. Quandoquidem *1. Paulus* loquitur de bono utili, non de honesto: neque bonum opponit malo sive vitio: sed incommodo. *2. Deinde Jehova Gen. 2.* loquitur de specie ipsa, sive de maxima humani generis parte, quæ si non propagaretur per conjugium interiret, neque postea extra conjugium homo castè viveret: Paulus verò de certis individuis, donum continentię habentibus, ut extra conjugium castè vivere possint: De cæteris, aliàs dicit: *melius est nubere, quàm uri v. 9.*

10. Eodem modo Paulus loco *alligato v. 38.* quando de virgine inquit: *qui eam non elocat, melius facit*; non hoc vult, aut significat, quòd virginitas sit magis cultus Dei, vel magis mereatur gratiam Dei, quàm conjugium: Sed agit duntaxat de externis quibusdã incommodis propter necessitatē instantē nempe propter persecutiones imminentes, *v. 26.* Deinde quòd celeberrimior videatur ad docendum, ad Ecclesiæ serviendum, ad ferenda pericula confessionis, & liberiora exercitia pietatis. Quæ tamen omnia in collatione, & certo respectu vera censenda sunt: cum aliàs pii quoque conjuges possint curare, quæ sunt Domini, ut Abraham, Isaac, Jacob, Zacharias, pater Johannis Baptistæ, & similes.

11. Fines

11. Fines conjugii sunt duplices: quidam pertinent etiam ad statum integritatis, & sunt: 1. Mutuum auxilium, nempe ut in rebus divinis, ac humanis sibi invicem sint adiumento.

Gen. 2. v. 18. *Non est bonum homini esse solam: faciamus ei adiutorium.* Syr. 37. v. 7. *Qui habet uxorem, constabili rem suam, & fidam habet sociam & columnam, qua consolari possit.* 2. Propagatio generis humani, nec non conservatio Ecclesiae, Gen. 1. v. 28. Act. 17. v. 26. *Deus fecit ex uno sanguine omne genus hominum inhabitare super universam faciem terre* Tob. 8. v. 9. *Domine, tu scis, quia non luxurie causa accipio sororem meam (hoc est Saram, ex eadem tribu prognatam, & in religione consentientem) in uxorem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in seculum seculorum.*

12. Post lapsum alius accessit conjugii finis, nempe ut esset *avertitor* adversus vagas omnes libidines: quem finem notavit Paulus 1. Cor. 7. v. 2. *Propter vitandam fornicationem, unusquisque habeat uxorem suam, & unusquisque proprium virum.* Item v. 9. *Melius est nubere, quam uri.*

13. Porro materiam conjugii non constituunt Angeli, in quorum natura nulla est propagatio; sed homines, quos ita condidit Deus, ut in his fieret propagatio a paucis propter Ecclesiam, quam Deus vult honestam esse societatem. Sunt duo hic consideranda: 1. persona ipsa. 2. Requisita personarum.

14. Circa primum duo quaeruntur. 1. Quot & qualibus personis constare debeat. 2. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

15. Primam quaestionem solvit data definitio, nempe quod conjugium constare debeat duabus tantum personis, *uno mare & una femina.* Sic enim Jehova Gen. 1. v. 27. c. 2. v. 24. & Matth. 19. v. 15. *Et erunt duo in carnem unam.* Atqui totidem etiam ad sobolis procreationem sufficiunt.

16. Exclu

Fines totius conjugii duplices.

2. Prima.

3. Accessorius.

4. Materiam conjugii.

5. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

6. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

7. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

8. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

9. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

10. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

11. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

12. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

13. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

14. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

15. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

16. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

17. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

18. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

19. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

20. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

21. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

22. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

23. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

24. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

25. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

26. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

27. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

28. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

29. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

30. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

31. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

32. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

33. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

34. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

35. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

36. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

37. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

38. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

39. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

40. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

41. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

42. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

43. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

44. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

45. Quot & qualibus personis constare debeat conjugium.

46. Cuinam hominum generi matrimonium contrahere liceat.

πολυγα-
μία rej-
citur.

16. Excluditur ergò πολυγαμία, aequè primæ creationi & institutioni Conjugii contraria est, Matth. 19. v. 4. Quia qui fecit ab initio masculum & feminam, scilicet eos, & dixit propter hoc dimittere homo patrem & matrem, & adheret uxori suæ & erunt duo in carne unam.

πολυγα-
μία du-
plex.

17. Ne autem ambiguitas hinc errorem pariat, tenendum est πολυγαμίαν esse duplicem: Alia enim est multarum uxorū successivè, quarum videlicet una succedit alteri: Alia quâ quis uno tempore plures habet uxores.

πολυγα-
μία suc-
cessiva nõ
est dupla.

18. De priorè hic quæstio non est. Quandoquidem concedunt sacræ literæ, priorè marito aut conjugè mortua, ad secundas, tertias &c. nuptias transire. Christus enim Matth. 22. v. 29. interrogatus de muliere, quæ septem fratribus successivè nupsit, cujus in resurrectione uxor esset futura; non uxoris repetita vota reprehendit; sed Sadducæorum crassam ignorantiam, ac carnales cogitationes, quasi post resurrectionem nuptiæ hujus sæculi essent futuræ, damnavit. Sic Lex Deut. 25. v. 5. secundas & plures nuptias dilucidè vel præcipiendo approbat. Et Apostolus Rom. 7. v. 2. inquit, Quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir, soluta est à lege. Igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro, 1. Corin. 7. v. 39. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius vivit. Quod si dormiverit vir eius, libera est ad nubendum, cui vult, tantum in Domino 1. Tim. 5. v. 14. Volo iuniores (viduas) nubere, filios procreare, domum administrare, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Abrahamus pater credentium, ut habetur Genes. 25. v. 1. mortua Sara, duxit Cethuram.

πολυγα-
μία quâ
simul &
uno t. m-
pore plu-
es
habentur
Coniuges,
prohibe-
tur.

19. Prohibita igitur est πολυγαμία posterior; quia legitimi Conjugii corruptio est, à Lamech ex impia Caini posteritate oriundo, introducta: Quem deinde morem etiam alii secuti sunt, illumque Deus in quibusdam Patriarchis ac regibus toleravit.

20. Verùm non exemplis; sed legibus judicandum est: jam præfer-

præsertim cum Christus ipse ad primam institutionem re-
vocaverit. Quocirca hodie nemini concedenda licentia duas
aut plures ducendi conjuges.

21. Ad πολυγαμίαν hanc refertur quoq; concubinatus
patriarcharum, ac regum Veteris Testamenti; quandoqui-
dem is verum erat conjugium: Inter primarias enim con-
juges & concubinas id tantum dabatur discriminis, quod hæ
inferiori loco ac gradu erant, & harum liberi cum liberis, ex
herili conjuge prognatis, non pariter succedebant. Gen. 16. v. 3.

Concubi-
natus pa-
triarcha-
rum.

22. Verum ut πολυγαμία ita etiam concubinatus à
Christo abrogatus est, ut ille hodie nihil sit aliud, quam scor-
tatio, vel adulterium: quibus Deus temporales & æternas
pœnas comminatur, 1. Cor. 6. v. 9. Gal. 5. v. 19. Eph. 5. vers. 5.
Hebr. 13. v. 4.

Concubi-
natus à
Christo ab-
rogatus.

23. Ad alteram quoq; quæstionem respondere difficile
non est. Cum enim homines mirabili, ac sapienti Dei confi-
lio ita sint conditi, ut essent facundi; omnibus utiq; homini-
bus, qui donum continentia non habent, & in vita cœlibe
corporum commixtiones & contaminationes vitare neque-
unt, conjugium est demandatum, ut ordinem hunc divinitus
sancitum, amplectantur, & juxta illum castitatis decus tuean-
tur. Iocò vox divina universaliter inquit Gen. 2. v. 18. Non est
bonum hominem esse solum, Et Paulus 1. Cor. 7. v. 2. Propter scor-
tationem vitandam, quilibet propriam uxorem, & qualibet proprium
maritum habeat.

Cuinam
hominum
generima-
trimoniū
contrahe-
re liceat.

24. Ergo neq; hic excluduntur, sed certè subsumuntur
ministri Ecclesiæ, quòd & illis liceat inire conjugium. Id quod
porrò multis demonstrari potest rationibus. I. Quia & ipsi ad
coniugium ad liberorum procreationem idonei à Deo sapi-
entissimo omnium creatore sunt conditi: Et conjunctio ma-
ris & fœminæ est juris naturæ. Gen. 1. v. 17. & 2. v. 18. 24.
Quomodo igitur ministri Ecclesiæ excludentur, quippe qui
æquè, ac alij homines, naturæ subjiciuntur? Et modò alliga-
ta sententia ex 1. Cor. 7. neminem excludit; sed ad omnes
in universum homines, se extendit. Ergo etiam ad Episcopos
pertinet.

Ministria
quoq; Ec-
clesiæ licet
inire con-
jugium.
Rationes.
I.

B

25. II. Quia



25.

ii. Quia 1. Timoth. 1. v. 6. aperte dicitur, quod Episcopus debet esse unus uxori in ritus. Ne vero quis cum Pontificis quandam hic allegoriam fingat, de una Ecclesia gubernanda, statim subicitur. Qui suae domui bene praesit, & liberos habeat in subiectione cum omni reverentia: ut ita satis manifestum sit, Apostolum hic non loqui de officio Episcopali: sed de qualitate personae Episcopi, sermonem habere. Adde & hoc, quod mox subjungatur idem praecipuum etiam ad Diaconos pertinere, adeoque ad totum ordinem Ecclesiasticum. Διάκονος ἕστωσαν μιας γυναίκος ἀνδρῆς &c.

26.

iii. Quia ministri Ecclesiae Novi Testamenti non sunt sacerdotes Levitici. Et si omnino hos imitari vellent, non tamen ipsis ἀπέλωσ & in perpetuum ab usu conjugij abstineendum esset. Quandoquidem hi, ut aliquo saltem modo antitypi Christi Servatoris, plus quam Angelicam, & ultra humanum morem, representarent puritatem, tum abstinabant, quando in tabernaculum ingredi, & sacra tractare volebant, atqui tum non tantum ab uxoribus, verum etiam à vinò, à mortuorum exequiis, à tonsura abstinabant: in quibus tamen sacerdotes hosce pontificij non imitantur. Interim apud nos, ut pij omnes: ita etiam Doctores Ecclesiae usum conjugij pro tempore moderari optimè norunt, memores mandati Apostoli 1. Thess. 4. v. 4. Sicut unusquisque vestrum suam vitam possidere cum sanctificatione & honore.

27.

iv. Quia Daniel cap. 11. v. 37. hanc notam Antichristi esse docet, quod in Ecclesia sit dominaturus, nec mulieres oraturus, sed foedis ac incestis libidinibus Ecclesiam contaminaturus. Et Apostolus Paulus 1. Tim. 4. v. 13. Cœlibatus legem disertè nominat doctrinam demoniorum.

28.

v. Quia Episcoporum & ministrorum Ecclesiae conjugium confirmant exempla Veteris ac Novi Testamenti. Henochus qui vivus in caelum translatus est, in conjugio vixit, Gen. 5. Noachus quoque concionator ille justitiae, Gen. 6. 2. Pet. 2. Abrahamus omnium Credentium & fidelium pater, maritus fuit, Gen. 11. v. 29. Rom. 4. Item David, vir secundum

Cor



Cor Dei, 1. Sam. 25. Nihil modo dicam de Aarone, Ezechie-
le, Zacharia, & aliis multis, quos, in conjugio viventes, Deo
fuisse acceptissimos, sacra scriptura abunde testatur: Et in
specie Zachariam, Johannis Baptistæ parentem, cum uxore
sua apud Deum pronunciat iustum: ipsiq; & Elizabethæ uxo-
ri ejusmodi tribuit encomium: quod inceserint in omni-
bus mandatis & justificationibus Domini irreprehensibiles,
Luc. 1.

29. Nec desunt Novi etiam fæderis exempla: Petrum
conjugio addictum fuisse, Evangelista Matthæus simul, &
Apostolus Paulus testis est Matth. 8. 1. Cor. 9. v. 5. De Philippo
Apostolo Clemens Alexandrinus in Stromat. Eusebius lib. 3. c. 3. &
alii testantur, quod non tantum in Conjugio vixerit, sed etiam
liberos procreaverit, & filias elocaverit. Sic ex canonibus
istis, qui falsò Apostolis attribuuntur, manifestum est, quod
eo tempore, quo scripti sunt, sacerdotes & presbyteri uxorati
fuerint. Vetant enim aperte, ne quis Episcopus, aut presbyter
propriam uxorem sub prætextu religionis abjiciat. Idem
quoq; patet ex decretis Concilij Carthaginensis tertij, anno
Christi 421. celebrati: in quo Pelagij hæresis damnata est. &
cui interfuit Augustinus. Nam quod tunc temporis Episco-
pi uxores habuerint, constat ex constitutione 12. quæ sic so-
nat: Placuit, ut filij, vel filia Episcoporum vel quorumlibet
Clericorum, gentilibus, vel hæreticis aut schismaticis ma-
trimonio non jungantur. Quid? quod ipsimet quoq; canones
fateantur, nec legali, nec Evangelicâ, nec Apostolicâ auto-
ritate Ecclesiasticis ordinibus imitatis Conjugia prohiberi.
Caus. 26. quest. 3. Can. Sors.

30. Vnde duo colligimus *ῥωπισμα*. Primum: Spissum
& crassum mendacium esse, quod rabula ille Romanensium
impudentissimus, Eccius sine pudore ac fronte impudentis-
sime declamitat, *A morte Salvatoris non esse auditum, Sacerdotem
duxisse uxorem*, nisi quod jam temerè attentent audaculi Lu-
therani: In Enchir. c. 19. Item quod tergeminus ille Apostata
Pistorius nugatur, totis annis mille sexcentis nullum sacerdo-
tem duxisse uxorem, *Begweiser, cap. 13.*

B 2

31. Alte

*ῥωπισ-
μα*
I.



- II.** 31. *Alterum* : Cœlibatum Pontificiorum non Dei vel Apostolorum, sed impiam hominum traditionem, ab ipso Diabolo suggestam esse, publicaq; insaniam flagitiosarum ac prodigiosarum libidinum laborare, quã flagrant apud istos patres, qui curiosi simulant & Bachanalia vivunt.
- Cœlibatus Pontificiorum rejicitur.** 32. Unde etiam in medio papatu non defuerunt, qui maliciam ac impietatem hanc animadverterunt. Sic enim hac de re scribit Polydorus Vergilius lib. 5. de Invent. rer. cap. 9. *Illud tamen dixerim, tantum abfuisse, ut ista concœca castitas conjugalem vicerit, ut etiam nullius delicti crimen maius ordini dederis, plus mali religioni, plus doloris omnibus bonis impresserit, inussit, attulerit, quam sacerdotum libidinis labe. Proinde forsitan tam è Republicam ex ordinis usu esset, ut tantum aliquando ius publici matrimonij Sacerdotibus restitueretur, quod illi sine infamia sanctè potius colerent, quam se spurcissimè eiusmodi nature vitio turpifacerent.*
- Personarum matrimonia contrahentium requisita.** 33. Cæterum ad personas, ut rectè ac legitimè matrimonium contrahant, requiruntur tria. 1. Pubertas. 2. Legitimus consensus, 3. Pudor, sive reverentia erga propinquos.
- 1. Pubertas.** 34. De pubertate non opus est hîc multum disputetur: Vnicum tantum notetur, nempe, quòd illa non tam ex numero annorum, quam corporum habilitate æstimanda sit.
- 2. Consensus.** 35. *Consensus* hîc requiritur duplex: 1. partium contrahentium. 2. Deinde parentum, in quorum potestate sunt partes contrahentes.
- Partium contrahentium.** 36. Illum necessarium esse, per se manifestum est. Violentia à conjugio abesse debet: cum ibi conjugium non sit, ubi persona vi cogitur, ut promittat conjugium. Vbi enim non est amor mutuus conjugum, ibi discordia, non concordia est) impeditur invocatio Dei, turbatur tota domestica consuetudo, sequuntur sæpius adulteria & infinita alia peccata.
37. Maxima hæc incommoda absq; dubio respiciunt leges civiles quando concludunt, si quis iusto metu, aut vi coactus fuerit matrimonium contrahere cum aliqua, quod hoc, quo l

quod hoc ipso jure sit nullum. Ita est *textus singularis in c. veniens, l. 2. extra de Sponsal. Videatur Iason. in l. Tertia in princ. in tertia colum. ff. de verb. oblig.*

38. Iustum quoq; consensum parentum necessarium dicimus, I. Quia Adamus, primus omnium hominum, non duxit uxorem, nisi ex consensu & voluntate Dei. Cum non tantum Deus dicitur creasse uxorem, sed etiam Adamo adduxisse, *Gen. 2. v. 22.*

39. II. Quia liberi non sunt sui juris, sed in potestate parentum. Sic enim monet Apostolus Paulus *Ephes. 6. v. 1. Col. 3. v. 20. Filij subditi estote parentibus vestris in omnibus.* Ergo quoq; in matrimonij negotio.

40. III. Quia patres veteris testamenti, Abrahamus, Isaacus, Jacobus, imò & Ismaël, alioquin feros, & Sichem, homo gentilis, optimè sciverunt & intellexerunt absq; parentum consensu conjugia contrahenda non esse *Gen. 24. v. 3. 4. & seq. c. 28. v. 1. & seqq. c. 21. v. 37. c. 34. v. 4.*

41. IV. Quia idem volunt leges civiles. Sic enim Imperator Justinianus, Hoc, inquit, naturalis & civilis ratio suadet: *instit. de Nupt. in princ.* Videatur etiam *L. unica §. oportet, c. de rapt. Virg.* Ubi imperator ita ait: *Oportet, ut quicumq; uxorem ducere voluerit, secundum nostras leges, & antiquam consuetudinem, parentes, vel alios, quos decet, petat, & cum eorum voluntate legitimum fiat coniugium.*

42. V. Quia consensum hunc legem naturæ poscere non tantum, uti modo intelleximus, Imperator Justinianus fatetur, verum etiam omnium gentium consensus testatur. Sic enim Neumachus apud Stobæum: *Hic tibi sit maritus, inquit, quem constituerunt parentes, & siquidem prudens fuerit, beatissima es, sin autem alius vir tibi obrigerit, eum quoq; ferre necesse erit.* Item ex Xenophonte latinus Poëta elegantissimè partitur consensum ad conjugia legitime contrahenda necessarium, quando inquit:

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,

B 3

Tertia

*Tertia pars matri data, pars data tertia
patri,*

*Tertia sola tua est: noli pugnare duobus,
Qui genero sua jura simul, cū dote dederunt.*

43. Interim parentes hac potestate non abutantur: sed ut liberos, honestum conjugium petentes, illegitimè impedire non debent: Ita neq; eosdem ad quamcunq; conjugem cogere decet.

3. *Reve-
rentia er-
ga propin-
quos.*

44. Tandem observanda hīc est *reverentia erga propinquos*: quæ requirit, ut inter consanguineos & affines non contrahantur matrimonia in gradibus prohibitis.

45. Prohibentur autem gradus, vel lege divina, vel honestis principum constitutionibus.

46. Nuptiæ contra legem divinam contractæ, dicuntur *nefarie & incestæ*: quòd non sint publicis legib. ac ceremoniis approbatæ: *κηρδς* enim zonam nuptialem notat, qua legitimas nuptias indicare solebat antiquitas.

47. Ex lege divinâ de consanguineis tres regulæ constitui possunt: I. In lineâ rectâ descendantium & ascendentium in infinitum prohibentur nuptiæ. Ratio: Superior enim respectu inferioris semper tenet locum parentis. Per regulam itaq; hanc Petrus non potest ducere matrem, aviam, proaviam, tritaviam suam; neq; idem potest ducere filiam, neptim, proneptim, trineptim. Sic filia non potest nubere patri, avo, proavo, abavo: neq; eodem filio nepoti, pronepoti &c.

48. II. In linea transversâ & æquali, hoc est, inter fratres & sorores duntaxat, sive ex uno, sive ex utroq; parente, conjugium est prohibitum *Levit. 18. v. 9. II.*

49. III. In linea transversâ & inæquali inter primum & secundum gradum lege divinâ non admittitur matrimoniū: nempe non conceditur tibi ducere uxorem, sororem patris, vel matris tuæ, hoc est, amitam, vel materteram *Levit. 18 v. 11. 12.* Et è contrario non conceditur conjugium patru vel avunculi cum filio fratris vel sororis. Nam licet hoc posterius expressè

preſe prohibitum non ſit: quia nihilominus à ſimili, *civē lō-*
γως præcepta ſimilia ducuntur, omninò ſtatuendum eſt,
quòd nemini liceat ducere filiam fratris ſui, neq; filiam filij
fratris ſui, hoc eſt neptim, vel proneptim, vel abneptim,
ſuam: cum ſit illis loco patris.

50. Ex lege divinà de affinibus duæ regulæ poſſunt dari:
1. in lineà rectà lege divinà prohibetur conjugium filij cum
noverca, patris cum nura, hoc eſt, uxore filij & ruruſus patris
cum privigna, vel ejus filia, *Levit. 18. v. 8. 15. 17.*

51. In lineà transversà lege divinà prohibetur conju-
gium cum fratria, hoc eſt, fratris uxore, cum ſore uxoris,
uxore vivente, cum uxore patris, & conjugium privigni, pri-
vignæq; liberorum *ibid. v. 16. 18. 24. 17.*

52. Hæc quidem graduum prohibitio Levitica videtur.
Veruntamen talis non eſt, ſed naturalis: quandoquidem ad
eam quoq; gentes erant obligatæ. Et contrariæ actiones di-
cuntur abominationes coram Deo *Levit. 18. v. 24. 26. & cap.*
20. verſ. 23. & tandem ipſo Apoſtolo iudice Chriſtiani tenen-
tur ad obſervationem legis Leviticæ de gradibus *1. Corinth. 5.*
verſ. 1.

*Prohibitio
graduum
in ſcriptu-
ra eſt legis
naturalis.*

53. Cæterum nuptiæ contra conſtitutiones principum
contractæ dicuntur *illicitæ*. Sunt autem 1. Ne tutor pupillam,
ne propater profiliam ducat. 2. Prohibitio nuptiarum inter
fratrum & ſorum liberos, ſeu patruèles, vel conſobrinos:
hoc eſt inter illos, qui ſunt in ſecundo & tertio gradu lineæ
æquales: idq; ob majorem ſanguinis reverentiam: & ut pro-
hibitiones divinæ majore curâ obſerventur.

*Nuptiæ il-
licitæ.*

54. De his conſtitutionibus notetur, quòd quilibet
teneatur magiſtratu ſuo obedientiam, quatenus id fieri po-
teſt ſalvâ pietate & conſcientiâ: Deinde quòd matrimo-
nia contra has conſtitutiones contracta non dirimen-
da ſint.

55. Quocirca de diſtinctis illis legibus hîc tenendus
eſt Canon: In gradibus, lege divinà prohibitis, nemini
diſpensare licet: In gradibus verò lege civili ac poſitivâ pro-
hibi-

hibitis, propter graves causas incidentes, magistratus auro-
ritate interdum dispensari potest.

Forma
coniugij.

56. Forma tandem coniugij primum ponenda est ipsa: De-
inde eius consequentia.

57. Forma igitur matrimonij est Unius maris & unius
fœminæ in unam carnem iusta conjunctio: Nam qui ante con-
jugium duo erant, per conjugium fiunt una caro, id est, unus
quasi homo, tam animorum, quàm corporum conjunctione
& unione.

propi-
uata for-
ma.

58. Deinde *πρωτομακα* & consequentia hujus formæ
sunt: I. Necessitudinem conjugum arctissimam esse & qui-
dem tantam, ut illam, quæ inter parentes & liberos est, lon-
gè superet: *Relinquet enim homo patrem & matrem, & adhaerebit
uxori suæ.* Gen. 2. v. 24.

I.

II.

59. II. Deinde non tantum arctissimam esse; sed etiam
indissolubilem. *Quod enim Deus coniunxit, homo ne separet,*
Matth. 19. v. 6.

Adulteri-
um.

60. Hinc Christus Matth. 19. v. 9. expressè prohibet di-
vortia, unicò duntaxat casu exceptò, nempe adulteriò. Vbi
persona rea scelere suo soluit conjugium; Ideòq; è medio tol-
lenda erat. Et quia innocens dissolutionis causa non existit;
absolvitur à filio Dei, ut sine conscientia læsione aliud ma-
trimonium contrahere queat.

Desertor.

61. Apostolus Paulus adhuc aliùs casus facit mentio-
nem, I. Cor. 7. v. 7. de desertore vel desertrice, quando inquit:
*Si infidelis discedat, non subiectus est servituti frater aut soror in tali-
bus.* Ubi expressè Paulus, personam injustè desertam absolvit,
liberamq; hoc est, non cogendam esse, ut vagabundum de-
sertorem sequatur, pronunciat.

Desertor
quis non.

62. Posterior verò hic casus, ut rectè intelligatur, re-
nendum est, quis sit desertor; quis non. Pro desertore igitur
nullo modo habendus est; I. Qui abest officij causâ, ut lega-
tus, miles, autoritate legitimâ ad militandum dele-
ctus, mercator, qui voluntate conjugis in mercatu ab-
est, aut in alio honesto negotio. 2. Qui captivus tene-
tur: Neq; enim captivitas, neq; deportatio (nisi ejus-
modi

modi scelus interveniat, quò alioquin conjugium dissolvitur) conjugia tollunt.

63. Desertorem contrà eum dicimus, qui à conjuge discedit, aut abest diutius, nullâ honestâ causa coactus; sed vel levitate, vel injustâ freni conjugalis impatientiâ, vel aliis causis inhonestis & non necessariis impulsus vagatur, & neque conjugem, neque sobolem curat.

*Desertor
quis sit.*

64. Hic omninò justum & æquum est succurrere personæ innocenti, eique intra certum annorum spatium, quod jura definiunt, aliud conjugium concedere.

65. III. Πόρσημα. Debere inter conjuges mutuam esse dilectionem, cujus *πρωξις* consistit in illorum officiis.

III.

66. Conjugum officia sunt duplicia: quædam communia utriusque conjugis: Quædam propria alterutrius.

Communia utriusque conjugis.

67. Communia utriusque conjugis sunt. I. Fides, seu timor Dei, ut nimirum piè erga Deum vivant. II. Dilectio, seu amor mutuus, qui sit ardens, sine simulatione & coactione: sed suavis, sine morositate & fastidio: sincerus, sine suspicionibus & pleonexia: qualis inter Isaacum & Rebeccam, inter Jacobum & Rachel. III. Fides conjugalis: ut nimirum in mutuo amore quiescant, nec alios vel alias appetant, sed uni conjugi corpus castum, sanctum & illibatum servant. IV. Societas sive communicatio bonorum & ærumnarum. Ut enim communio omnium rerum, tam divini, quàm humani juris, inter conjuges esse debet: Sic quoque tolerantiam, *επιεικειαν*, æquitatem & consolationem adhibeant mutuam. in communibus ærumnis & afflictionibus ferendis. V. Officium conjugale generatio & educatio liberorum. Nam ut conjugium propter generationem & conservationem generis humani à Deo est institutum. Ita quoque hac in re vir debitam benevolentiam præstet uxori, & uxor viro, mutuamq; operâ conferant in educandis, id est, nò tantùm alendis, (quandoquidè & hoc bestia præstant) sed instituendis in fide ac verâ religione, liberis, quos Deus dederit, Eph. 6. v. 1. 1. Cor. 7. v. 3.

68. Alterutrius officia iterum duplicia sunt: alia viri, alia verò uxoris.

Officia alterutrius.

69. Off. 8

69. Officia viri sunt: I. Institutio: ut uxorem in vero Dei timore & cultu instituat, Deut. 11. v. 19. II. Defensio: ut sit caput uxoris, ad præstandam uxori suæ protectionem & defensionem: eamque non tyrannicè: sed amabiliter & cum quodam honore & honesto respectu habeat, adeoque illam, tanquam propriam suam carnem, foveat; non ut servam vel ancillam tractet, sed ut vitæ sociam atque consortem, ac veluti collateralem thori sociam, atque domus secum dominam. III. De necessariis prospectio. Tenetur enim maritus uxori & familiæ, justè vocationi suæ incumbendo, prospicere, afflictæ uxori commiserando, consolando, adjuvando adesse, adeoque partem oneris conjugalis in se derivare, rationemque uxoris habere tanquam debilioris & infirmioris vasculi, I. Pet. 3. v. 7.

Officia uxoris.

70. Officia uxoris in maritum sunt: I. Reverentia: ut illum debito honore ac reverentia prosequatur, I. Pet. 3. v. 6. II. Obsequium: 1. Ne sit imperiosa, sed obsequiosa, Eph. 5. v. 22. 2. Ne sit Domina, sed subjecta: subjectione tamen liberali, non ut mancipium, vel serva; sed ut membrum suo capiti: *ibid.* v. 24. 3. Ne sit refractaria, cervicosa, proterva; sed morigera, I. Pet. 3. v. 2. 6. Eph. 5. v. 22. Coloss. 3. v. 18.

Distinctio conjugii in gradus.

71. Cæterum divisionem conjugii quod attinet, distinguimus illud, non in species, sed in gradus; quorum prior est *inchoatio*, indeque conjugium *inchoatum*, sive *promissum*; posterior est *consummatio*, unde conjugium *consummatum*, sive *ratum* & *perfectum* dicitur.

Sponsalia.

72. Inchoatum conjugium constituunt *sponsalia*: quæ consideranda primùm ipsa: Deinde illorum oppositum.

73. Sunt autem sponsalia futuri conjugii repromissio: ita dicta, quod veteres consuevissent filias iis, quibus eas uxores promittebant, spondere & vicissim uxores futuras stipulari: Unde & sponsi & sponsæ nomenclatura est orta.

Sponsa.

74. Sponsaliorum duo sunt genera: Unum de presenti: *Sponsalia*
alterum de futuro. *genera.*

75. *Sponsalia de presenti* sunt, quando quis puellæ sine ullâ *De præ-*
conditione purè & simpliciter promittit conjugium. *senti.* *Beust.*
de iur. conn. part. 1. c. 7.

76. Hujusmodi Sponsalia de jure civili matrimonium sive
nuptiæ dicuntur. Sunt enim verè matrimonium, licet copula
carnalis nondum intervenerit: cum juxta veram & immotam
Jurisconsultorum regulam, non concubitus; sed consensus
matrimonium faciat. *L. Nuptias ff. de regul. iur.* Sic Joseph &
Maria fuerunt verè conjuges, licet nunquam sese cogno-
verint, cum Joseph etiam post partum suam desponsatam
non attigerit. Item est aliquis ægrotus, qui in uxorem duxit
suam ancillam: quam verò morbo præpeditus nunquam
cognovit; Quæritur an fuerit illa ægroti istius mariti legiti-
ma conjunx? Affirmativam defendimus cum Jurisconsultis
ob datam rationem.

77. Neque caret sententia hæc fundamento scripturæ:
Desponsata enim habetur, & uxor seu conjunx nominatur
Deut. 22. v. 23. 24. Si quis alterius sponsam violaverit, lapidibus
obruatur: quia afflixit uxorem proximi. Et Jacob *Gen. 29. v. 21. lo-*
quens de Rachele, sibi tantum desponsata: *Da mihi, inquit,*
uxorem meam: quia completi sunt dies mei, ut ingrediar ad eam. Eo-
dem modo *Matth. 1. v. 20. Angelus dicit Josepho: Ne time-*
as accipere Mariam, conjugem tuam: quæ tantum illi erat despon-
sata, uti modò diximus.

78. Contrahitur porrò hoc matrimonium per verba de
præsenti, *ut ego te mihi despondeo uxorem:* quæ sponsio præsens
& actualis, purus & absolutus consensus, & matrimonium
dicitur etiam si nondum sint celebratæ nuptiæ.

C e

79. Ubi

79. Ubi tamen adhuc distinguitur apud Jurisconsultos inter Maritum, qui sentit onera matrimonii, & qui non sentit: vel inter matrimonii principium, & inter ejus finem, & usum perfectum: Vel inter matrimonium imperfectum & perfectum. Imperfectum dicitur ante carnis copulam: perfectum post carnis commixtionem.

80. Et habet distinctio hæc maximum suum usum, quando in foro disputatur de jure dotium, ut dici solet, fructus dotis percipere maritum pro oneribus: C. de Jure Dot. C. salubriter, extr. de usuris. Quæ lanè verba non de quovis marito & quovis matrimonio sunt intelligenda: Sed de marito sentiente onera matrimonii: cum propter illa Dos concedatur marito: Ac proinde de Matrimonio ejusque usu profecto: nempe quando matrimonium actualiter est consummatum.

*Sponsalia
de præsen-
si dupli-
cia.*

81. Sponsalia de præsen-
ti sunt duplicia: Aut enim sunt pu-
blica, aut clandestina.

*Sponsalia
publica.*

82. Publica dicuntur ea, quæ contracta sunt palam in præ-
sentiâ testium; Atque de hisce nullum est dubium.

*Clandesti-
na.*

83. Clandestina dicuntur, quæ clam, id est, remotis arbitris
& nullis testibus adhibitis contrahuntur. *Beust. de spons. cap. 13.*

84. Possunt juxta eundem duplici modo dici Clandestina,
1. propriè & strictè, quando prorsus clam, & nemine præsen-
te sunt inita. 2. Largè, quando quidem in præsen-
tiâ testium sunt contracta, sine tamen consensu parentum, vel illorum, in
quorum sunt potestate.

*Clandesti-
na D. Lu-
thero pro-
priè dicta.*

85. Posteriora hæc D. Luthero, propriè dicuntur clande-
stina sponsalia in libello de caus. matrimonial. Tom. 5. 1en. fol. 238. §
Auff das aber nicht jemand/Cujus verba hæc sunt: Heimliche
verlöbniß heiße ich/das da geschiet h inter wissen vnd willen der
jenigen / so die vberhand haben / vnnnd die anzustiffren rechte
vnnnd macht haben / als Vater vnnnd Mutter / vnnnd was an
irer stadt sein mag. Denn ob gleich tausent Zeugen bey einem
heimlichen verlöbniß wehren/so es doch hinder wissen vnnnd willen
der Eltern geschehe/sollen sie alle tausent nur für einen Mann ge-
rechnet sein / als die ohne zuthun ordentlicher vnnnd öffentlicher
mache

macht/solches meuchlings vnd im finstern helfen anfangen/vnnd nicht im liecht handeln. *Vide Besst. part. 1. de Iure Connub. c. 3.*

86. Agitatur hic quæstio; cum sæpius contingat, ut aliquis cum una puellâ sponsalia publica contaxerit, cum alterâ verò privata sive clandestina: quæ nam in tali casu, quando nimirum ita publica & clandestina sponsalia concurrunt, sint præferenda: & respondetur pro publicis: idque non sine ratione.

87. Sponsalia enim clandestina, matrimonium non constituunt, uti id probat Lutherus *Tom. 5. Ienensi sel. 238. & seqq.* septem rationibus. I. Quia pugnant cum lege divina. Conjugium enim est status publicus: publicè ergò inchoandus in præsentia testium; qui de eò pro re natâ testari possint, cum iuxta sententiam Jehovæ, in ore duorum, aut trium consistat omne verbum. II. Quia constitutiones imperatoriæ clandestina sponsalia prohibent. III. Quia idem faciunt vetustissimi Canones, & ipsum jus canonicum, ubi rectè sentit. IV. Quia exempla Patrum & Patriarcharum, ut Isaaci, Jacobi, Josephi, Samsonis &c. idem testantur. V. Quia apud Ethnicos jus naturæ illis opponebatur. VI. Quia idem dicitur recta ratio. VII. Quia sæpius maxima inconvenientia, pericula & calamitates ex eiusmodi sponsalibus sunt orta: vide ipsam Lutherum loco allegato, has rationes fusiùs diducentem.

88. Imò jus Canonicum adeò rigidum hic est, ut etiam publica sponsalia præferat Clandestinis, etiamsi in his carnalis copula intervenisset, *tot. tit. de spons. duor. per L. nuptias de regul. Iuris.*

89. Verùm dispositio hæc Juris canonici hodiè in nostris Consistoriis Ecclesiasticis non observatur: Sed præferuntur publica sponsalia privatis & clandestinis, nisi adhæc copula carnalis accesserit; adeoque hoc casu hæc illis præferuntur.

90. Cæterum sponsalia de futuro sunt promissiones de futuro matrimonio contrahendo.

Publica sponsalia clandestina, si in una persona concurrunt, præferenda.

Sponsalia clandestina in quo casu præferantur publicis.

Sponsalia de futuro.

C 3

91. Sunt

Duplicia.

1. **Purè cō-
tracta.**

2. **Addita
conditio-
ne.**

**Prius ge-
nus spon-
saliarū à
Luthero
reiecitur.**

Coniugia.

**Posterius
genus spon-
saliarum
conceditur
à Luthero.**

**Sponsalia
conditio-
nalia que.**

91. Sunt duplicia: vel enim concipiuntur per verba de futuro (ut loquuntur in Scholis Jurisconsultorum) purè: *ut ducam te in uxorem*: ac si dicam, promitto, quòd vendam tibi domum meam: aliud namque est promittere quàm facere: Vel additâ conditione. Quemadmodum etiam, si contrahentes sint impuberes, vel alter eorum, juris interpretatione ejusmodi sponsalia sunt de futuro, & ad posterius genus, nempe conditionale, possunt referri.

92. Prius sponsaliorum de futuro genus Lutherus in libello suo, *vom Ehestande*/ hoc est, de causis matrimonialibus prorsus rejicit: idque non sine ratione 1. Quia apud nos Germanos non est talis loquendi consuetudo & usus, quo distinguitur inter præsens & futurum tempus, inter *accipio & accipiam*. *Ue Du solt mein sein: Ich wil dich nehmen: Ich wil dich nimmer verlassen.* Responsio: *Ich bin dem: Ich wil dein sein/ wil dich hinwider nicht verlassen.* Hic quidem quædam videntur loqui de futuro, quædã de præsenti: Verùm si Idiotismum germanicæ linguæ attendimus, fateri cogimur, ubique vim verborum tempus præsens notare. 2. Quia sub prætextu & confusione istorum verborum, multa vera conjugia distraherentur. Quæ ratio ex præcedente fluit.

93. Unde manifestum est, prius hoc genus sponsaliorum de futuro, de sententia Lutheri esse revera sponsalia de præsenti, purè contracta, quæ definiuntur Jurisconsultis, quando quis simpliciter purè & absolutè promittit conjugium, ita ut per hoc sit nata efficax obligatio & actio, ut alter ad petitionem alterius partis compelli possit ad consummandum matrimonium *Beust. de Jur. connub. part. 1. c. 7.*

94. Concedit verò Lutherus posterius genus, affirmans sponsalia de futuro dici posse, si adjiciatur aliqua conditio.

95. Sunt igitur Sponsalia conditionalia, sive sub conditione contracta, quando in aliquem casum vel eventum differuntur.

feruntur, puta si hoc vel hoc factum fuerit, vel non, *Beast. loco allegat. Ut si mei gratia triennium expectaveris, si parentes consenserint &c. ducam te in uxorem.*

96. Quia igitur sponsalia hæc tota à conditione pendent, rectè concludunt Jurisconsulti 1. Quod conditio non habeat effectū de præsentī, sed suspendatur in eventum conditionis. 2. Quod conditione nondum extante, sed pendente, matrimonium non sit firmum, nec super eo oriatur obligatio, aut actio, non aliter atque in aliis conditionalibus debitis seu contractibus, ubi ante conditionis eventum nunquam oritur efficax obligatio, § *sub conditione instit. de verb. oblig.*

97. Hæc de sponsalibus ipsis, sequitur illorū oppositum, quod *Repudium* definimus. Quamvis enim scriptura non admodum distinguere videtur inter *Repudium* & *Divortium*: *Modestinus* tamen, *Repudium* dicit fieri inter sponsum & sponsam: *Divortium* verò inter virum & uxorem post conjugium consummatum. Quam distinctionem & nos hoc loco docendi causa retinemus.

98. Est igitur *Repudium* propter certum aliquem casum, sponsalium diremptio: ita dictum, quasi recusatio propter rem pudendam.

99. Casus quibus sponsalia dissolvuntur, septem vulgò recensentur. 1. Si altera persona post sponsalia celebrata ob flagitium quoddam sit infamis, 2. Si alteruter incidit in vitium aliquod grave corporis, vel animi, quo postmodum usus conjugii abominandus, vel etiam calamitosus redditur, ut sunt lepra, Epilepsia, paralytis, incurabilis phrenesis. 3. Si accesserit affinitas (ut loquuntur) fornicaria, hoc est, si sponsum cognoverit aliquam ex cognatis sponsæ suæ. 4. Malitiosa ac diuturna absentia sponsi vel sponsæ. 5. Hæresis, vel *ἀποστασία* nefaria à vera religione, & cultu divino. 6. Animosum sponsi & sponsæ offensio tanta, ut reconciliari nequeant, modo copulatio carnalis non accesserit. 7. Si membri alicujus supervenerit mutilatio, quâ persona redditur foeda & turpis, modo (ut loquuntur) Canones copula non intercesserit.

Repudium.

Repudium quid.

Casus res solventes sponsalia.

100. Qui-

100. Quibus addunt nonnulli *Adulterium*: quippe quod prorsus & sponsaliorum & conjugii solvit vinculum. Item sponsalia 1. inter impuberes. 2. absque parentum, vel illorum, qui loco parentum sunt, consensu & autoritate. 3. Errore personæ. 4. Errore qualitatis personæ, ut cum serva pro ingenuâ supponitur. 5. Per vim aut metum. 6. Sub conditione tantum contracta. Ista enim omnia rescindi possunt, nisi postea voluntaria copula, vel voluntarius consensus accesserit, & de eò certò constiterit.

*Alter eorum
iugii gradus:
Consummatio.*

101. Hæc etiam breviter de repudiis, sponsalia dissolventibus, restat nunc, ut de altero quoque conjugii gradu paucis videamus, qui est *consummatio*. De quâ eodem planè modò, quo de sponsalibus, sumus acturi.

102. Consummatio conjugii fit partim consecratione: partim Nuptiarum celebratione.

Consecratio.

103. *Consecratio* fit, quando sponsus & sponsa publicè in Ecclesiam ducuntur, coram toto Christianorum cœtu à pastore de institutione & finibus cōjugii ex verbo Dei admonentur, ipsi consensum suum, vel per manifesta signa, si muti, aut surdi sint, vel per verba, clara & perspicua, si loqui possint. (Cum matrimonium non valeat, juxta Canones, nisi consensus per verba declaretur) expresse testantur: atque ita matrimonium illorum publicè confirmatur; et ipsi Deo consecrantur, precibusque commendantur.

104. Quæ ceremonia ut pia & Christiana est: Ita neque suo in sacris literis caret fundamento. I. Quia ut Deus Adæ & dedit uxorem & benedixit his verbis: *Crescite & multiplicamini*, Gen. 1. v. 27. & 2. v. 22. Ita etiam pastor, qui loco DEI est, in conspectu & inter preces totius Ecclesiæ, & sponso dat sponsam, illisque his ipsis Jehovæ verbis benedicit. II. Quia juxta generale præceptum Apostoli, omnia in Ecclesia debent fieri *ὀρθομένως καὶ κατὰ τὸ ἔθος* decenter & ordine, 1. Cor. 14. v. 40. III. Quia DEUS vult invocari, & præstò esse illis, qui nomen suum invocant. Pertinent huc præcepta de Oratione, 1. Timoth. 2. *Fiant obsecrationes, & interpellationes pro omnibus hominibus.*

Et

Et 1. Timoth. 4. Paulus jubet cibis & matrimonio uti cum gratiarum actione. Et Col. 3. *Quicquid egeritis sermone aut facto, omnia in nomine Domini Iesu facite.* IV. Quia spectat ceremonia illa ad matrimonij dignitatem, nec non novos sponfos ab omni suspitione inhonestæ actionis liberat. *Honorabile enim sit coniugium inter quosvis, & thorus immaculatus.* Hebr. 13. v. 4.

105. Per celebrationem Nuptiarum intelligimus hoc loco totam illam festivitatem politicam, quâ pacta conjugalia confirmantur, sponsa in ædes sponsi honestè & modestè deducitur: Agnati, cognatiq; & cæteri amici cõvivio nuptiali excipiuntur.

Celebratio
nuptiarum.

106. Censem igitur, celebritatem & solennitatem hanc pro more & consuetudine cuiusq; loci Christianis omninò observandam esse, quia honesta, justa, & pia est: *Quaecunq; verò sunt vera, inquit Apostolus, quaecunq; honesta, quaecunq; pura, quaecunq; amabilia, quaecunq; boni nominis: si quâ virtus, & si quâ laus, ea facite, & Deus pacis erit vobiscum.* Philip. 4. v. 8. 9.

Convivium
nuptiale.

107. Et in specie de convivio nuptiali tenendum est, illud licitum esse inter Christianos. 1. Quia id apud omnes ferè populos ulitatum fuit. 2. Quia etiam in V. T. fuit celebratum: Nam Gen. 29. v. 22. Legitur Laban in nuptiis Jacobi & Rachaelis magnum convivium celebrasse. 3. Quia in Novo Testamento Ioh. 2. commemoratur, quod ipse Christus, unâ cum matre Mariâ, & discipulis, convivio nuptiali interfuerit: quod absq; dubio præcessit quædam invitatio, quædam ceremonia copulationis sponsi & sponsæ: ut postea convivium subsequutum sit. Id quod etiam ex parabola Matth. 22. apparet; ubi regnum cælorum comparatur nuptiis, ad quas per servos homines prius invitantur: nec accedit quisquam, nisi vocatus. Et ad convivia nuptialia alludit Johan. in Apocal. cap. 19. *Beati, inquit, qui ad cœnam nuptiarum agnivotati sunt.*

108. Sic ad ornatum sponse alludit Paulus Eph. 5. quando inquit: *Christus semetipsum pro ea exposuit, ut illam sanctificaret, mundatam lavacro aquæ, per verbum, ut adhiberet eam sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut quicquam eiusmodi: sed ut esset sancta & irreprehensibilis.* Et parabola Matth. 22. testatur, homines vestibus etiam mundioribus in conviviis nuptialibus usos esse.

Ornatus
sponse.

D

109. Do.



109. Donaria etiam quædam dare novis sponsis usitatum fuisse, ex dono Christi licet colligere. Deficiente enim vino, sex hydrias vino optimo plenas donat Christus, idq; miraculose, immutatâ aquâ in Vinum.

110. Verum in hisce omnibus piè & prudenter agendum est, ut absint luxus, superbia, crapula, ebrietas, ludi impuri, & omnis generis lasciviæ, quæ non postremæ causæ esse solent omnium malorum, quæ conjugium sapius infestum & acerbum reddunt.

Divortium solvit conjugium consummatum.

111. Cæterum consummatum hoc conjugium solvitur *divortio*, quod ita dictum volunt à divertendo, quia per illud conjuges divertunt, & in diversas partes eunt: Vel, ut placet aliis, a mentis diversitate. Qui enim dat causam divortij, diversa est mentis ab eâ, quam initio habuit, cum eam uxorem duceret.

Divortij causa.

112. Christus unicam divortij causam constituit *adulterium*: Quandoquidem id suâ naturâ, & tota ratione ex diametro cum natura, cum substantia, & fide conjugali pugnat: cum per conjugium duo fiant una caro *Gen. 2. v. 24.* At unio hæc adulterio rumpitur & dissolvitur. Verum hac de re etiam supra egimus.

Errores.

I.

113. Tandem errores hic vitandi præcipui sunt. I. Marcionitarum, Encratitarum, Manichæorum, Montanistarum, Tatianorum, Saturnianorum, Priscillianistarum, qui conjugium, ut opus Diaboli, ac vitæ genus carnale, & immundum damnabant. Ad quorum hæresin proximè accessit Syriacus Papa, qui dixit, Matrimonium esse carnis immundiciem, in qua nullus Deo placere possit.

II.

114. *Secundus* est Pontificiorum omnium, qui conjugium carnis pollutionem censent, conjugatos ab ordinibus sacris prohibent, ab ordinandis votum perpetui cœlibatus, & abjuramentum conjugij exigunt post votum solenne, quale Monachorum est, & Mortalium legitimum matrimonium esse, negant, cœlibatum, tanquam angelicum vitæ genus, celebrant, & remissionem peccatorum mereri nugantur.

III.

115. *Tertius* Anabaptistarum & Turcarum, qui *απολυγαμία*

115. & multas alias confusiones in ordinem hunc introdu-
cunt. Quò etiam referatur Pontificiorum concubinatus,
qui nihil aliud, quàm continua & perpetua scortatio est.

116. *Quartum* errorem constituit pontificis Romani im-
pietas, qui passim nunc nuptias inter avunculos, & sororum
patruos etiam & fratrum filias contra omnia jura divina &
humana concedit & confirmat. 2. Dicitur, lege quidem na-
tura prohibitum esse, ne pater filiam ducat, aut mater filio
nubat. Leges verò de cæteris personis loquentes, duntaxat
juris positivi esse, spectantes, ad solum populum Israëliti-
cum. Ideoq; Christianos illis non obstringi; ac propterea
Pontificem dispensare posse.

117. *Quintus* est Judæorum, qui asserunt, nuptias perso-
narum, quæ nominatim in Levitico non exprimuntur, pro-
hibitæ non esse. Unde infertur, nepotem ducere posse aviam,
quia expressè non prohibet.

118. *Sextus* iterum Pontificiorum est, qui conjugium Ec-
clesiæ Sacramentum esse dicunt, & quidem ex illorum gene-
re, quæ ipsi septem commemorant: idq; colligunt ex veteri
translatione Epistolæ ad Ephes. 7. v. 32. Ubi Apostoli verbum
 $\mu\upsilon\varsigma\ \eta\pi\iota\omicron\nu$, quod ibi *arcantum* sonat, sacramentum vertitur.
Verùm idem Apostolus Ephes. 3. v. 3. 6. Coloss. 1. v. 27. vocatio-
nem gentium vocat $\mu\upsilon\varsigma\ \eta\pi\iota\omicron\nu$. Ergo *Gentium vocatio* erit octa-
vum Sacramentum. Quomodo verò Vertumri isti sibi con-
sentiant, inde manifestum est, quando à sacramento isto suos
arcent Clericos, & conjugium immundiciem & pollutionem
carnis vocant. Egregium scilicet Sacramentum!

119. *Septimus*, hominum Epicureorum & impiorum,
qui de conjugio, & sexu muliebri contumeliosè sentiunt,
& loquuntur: cùm interim libidinum flammis ardeant, scor-
tationibusq; , & adulterijs sese polluant: quos omnes Deus
est judicaturus. Hebr. 13. v. 4.

120. *Octavus* etiam Pontificiorum est, qui docent legiti-
mam conjugiorum fieri posse solutionem propter Evangeli-
cam perfectionem (illis ita dictam) acquirendam, ex loco
Matth. 19. v. 1. malè intellecto. 2. Propter professionem

vitz

iv.

v.

vi.

vii.

viii.

vita monastica, etiam altero conjugē reclamante, solius Pontificis autoritate. Deinde causarum matrimonialium cognitionem & dijudicationem ad forum Ecclesiasticum tantum, hoc est, ad solos sacrificulos, & officiales, Harpyas illas pecuniarum, pertinere.

IX.

121. *Nonus*, illorum, qui propter adulterium separata, innocentī personæ, secunda vota negant.

X.

122. *Decimus & postremus* illorum, qui legem de divor-
tius *Deut. 24. v. 1.* nunc quoq; in Christiana Eccle-
sia valere posse censent.

F I N I S.



99 A 6935


ULB Halle 3
005 360 463



TA 700







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

36



PARTITIONVM
Theologicarum.
DISPUTATIO XXXVI.
De
CONIVGIO
SIVE STATV
OECONOMICO:
In inclutâ & Florentissimâ Academiâ Wittebergensi proposita
PRÆSIDE
M. IACOBO MARTINI
Professore publico:
Respondente
M. JOANNE COTZIBUVIO
Magdeburgensi
Ad diem 9. Novemb. Horis locoq; consuetis.
Sumptibus Clementis Bergeri
Bibliopolæ Wittebergensis.

ANNO 1611.

